cemus oĩa ad medicinæ uſum pertinẽtia. Omphaciũ quo mõ fieret ꝓpter unguenta diximus priore li
bro. Fit e labruſca: hoc eſt uite ſilueſtri quod uocat̃ oenanthinũ. Flores eius libris duabus in muſtica-
do macerati poſt. xxx. dies mutant̃. Præter hoc radix labruſcæ & acini coria perficiunt. Ii paulo poſtq̃
defloruere. ſingulare remediũ habẽt ad refrigerandũ in morbis corpoꝝ ardores gelidiſſima: ut ferũt:
natura. pars eoꝝ æſtu morit̃: priuſq̃ reliqui q ſolſtitiales dicunt̃. Vniuerſi nunq̃ matureſcũt. Et ſi prius
q̃ tota uua matureſcat: incocta detur cibo gallinaceo generi faſtidiũ gignit uuas appetẽdi. Fictioꝝ pri
mum fit ex ipſo uino: quod uocat adynamon hoc mõ: albi muſti ſextarii. xx. aquæ dimidium feruet
donec excoquat̃ aquæ men ura. Alii marinæ ſextarios. x. tantundẽ pluuiæ in ſole xl. diebus torrent.
Dãt ægris qbus uini noxã timẽt. Proximũ fit emilii ſemine maturo cũ ipſa ſtipula librã & quadrantẽ
in congios duos muſti macerant. Et poſt ſeptimũ menſem transfuſo. Ex loto arbore hærba dictũ eſt
uti quæq; fierẽt. Fit & e pomis quæ dicemus interpretationibus nõ niſi neceſſariis additis. Proximũq;
ei e palmis: quo parthi & indi utunt̃: & oriens totus. Maturarum quas uocãt chydæas modio in aquæ
congiis tribus macerato expreſſoq;. Sic fit & ſycites e fico: quẽ alii palmiprunũ: alii trocin uocãt. Aut ſi
dulce eſſe nõ libeat: pro aqua tantundẽ uinaceoꝝ adiiciunt. Ex cypria fico & acetum fit præcellẽs: atq; Palmipri-
alexandrino quoq; melius. Vinũ fit & ex ſiliqua ſyriaca: & epyris: malorũq; oĩbus generibꝰ. Sed e puni mum
cis quod rhoiton uocãt. Et e cornis: meſpilis: ſorbis: moris ſiccis: nucleis pineis. Hi muſto madidi expri catorcitẽ
munt̃. Superiora per ſe mitia. Myrticẽ Cato quẽadmodũ fecerit hoc paulopoſt idicabimus. Græci ue-
ro & alio modo. Ramis teneris cũ ſuis foliis in albo muſto decoctis tuſis libra in tribus muſti congiis
deferuere faciunt donec duo ſuperſint. Quod ita ſilueſtris myrti baccis factum eſt myrtidanum uocãt.
Hoc manus tingunt. Ex iis quæ in ortis gignuntur fit uinũ e radice aſparago: cunila origão: apii ſemi
ne: ambrotono: mentaſtro: ruta: nepeta: ſerpillo: marubio. Manipulos binos tundunt in cadum muſti:
& ſapæ ſextariũ: & aquæ marinæ heminam. E napis fit. xi. denarioꝝ põdere in ſextarios binos muſti
addito. Itẽ e ſcylla radice. Inter flores & roſæ foliis tuſis: linteoloq; in muſtũ collatis cum ponduſculo:
ut ſidat. xl. pondere denarioꝝ in ſextarios uicenos muſti: nec ante tres menſes uaſe aperto. Itẽ e nardo
gallico: & aliud e ſylueſtri. Aromatiten quoq; inuenio factitatũ nõ tantũ unguentoꝝ cõpoſitione. pri-
mo ex myrrha (ut diximus) mox e nardo celtico: calamo: bitumine: oſſis in muſtũ: aut dulce uinũ de-
fectis. Alii de calamo: iũco: coſta: nardo: ſyriaco: amomo: caſia: cynnamomo: croco: palmã: aſſaro: ſimi-
liter & offa apud alios nardi: & malobathri ſelibris in muſti cõgios duos additis. Qualia nunc quoq;
fiunt pipere & melle addito: quæ alii cõdita alii piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex hærba: q̃
alii Helenion: alii medicam: alii ſymphyton: alii idem & horeſtion: alii nectaream uocant: radice põde-
ris. xl. denariorum in ſextarios ſex muſti addita. Similiter in lintheo. Ex cæteris hærbis collatis fit ab-
ſinthites in. xl. ſextariis muſti abſinthii pontici libra decocta ad tertias partes: uel ſcopis abſinthii in ui
nũ additis. Similiter hyſoſpites e cilicio hyſopo unciis tribus in duos congios muſti coniectis aut tuſis
in uinum Fiunt utraq; & alio modo circa radices uitium ſato. Sic & helleboritẽ fieri ex ueratro nigro
Cato docet. Sic fit & ſcammonites. Mira uitium natura ſaporem alienum in ſe trahendi: qualem & re
dolent ſalicum patauinorum in paluſtribus uindemiæ. Sic & helleborum ſeritur in thaſo: aut cucumis
ſilueſter: aut ſcamonea: quod uinum ectromatium uocãt: quoniam abortus facit. Fit & ex hærbis: qua
rum natura ſuo loco dicetur. E ſtæchade & radice gentianæ: & tragoriano: & dictamo: aſſaro: dauco.
eleliſphaco: panace: acoro: Gonyza: thymo: mãdragora iunco. Vocarũt & ſycinum. & ithacomelin: & phthotiũ
lectiſpagiten: quorum tam obliterata ratio eſt. Ex fructicum uero genere cædri utriuſq; cupreſſi: laurus
iuniperi: pini: pyri: terebinthi: callini: lentiſci: Baccas aut lignum recens in muſto decoquunt. Item cha Calami
meleæ & chamepithyos & chamedrios lignum. Eodem modo & ex flore in congium muſti decem
denariorum pondere addito.

De hydromelle & oxymelle. Cap. xvii.

SIt uinum ex aqua ac melle tantũ. Quinquennio ad hoc ſeruari cæleſtẽ iubent aliqui prudẽ
tiores. Alii ſtatim ad tertias ptes decoqunt: & tertiam mellis ueteris adiiciũt. Deinde. xl. die
bus canis ortu in ſole habent. Alii diffuſa ita decimo die obturãt. Hoc uocat̃ hydromel. &
uetuſtate ſaporẽ uini aſſequit̃. nuſq̃ laudatius q̃ in phrygia. Quin & acetũ melle tẽperaba-
tur: adeo nihil intemptatũ in uita fuit. Oxymel hoc uocarunt: mellis decẽ libris: aceti ueteris heminis
quinq;: ſalis marini libra: aquæ pluuiæ ſextariis quinq; ſufferuefactis decies: mox eleutriatis: atq; ita ĩue
teratis. Omnia ab themiſone ſummo auctore damnata. Et hercule coactus eoꝝ uſus uideri poteſt: niſi
ſiquis naturæ opus credit aromatitẽ: &: ex unguentis uina compoſita: aut biberentur genuiſſe eã fruti-
ces: iſta ſunt cognitu iucunda ſolertia humani animi omnia exequirente: Nihil quidẽ ex iis anno du-
rare: præterq̃ quæ uetuſtate ipſa fieri diximus. Et pluræ tricenis quidem diebus non erit dubium.

Prodigioſa genera uini. Cap. xviii.

SVnt & in uino prodigia. Dicit̃ in arcadia fieri qđ fœcunditatẽ fœminis ĩportet: uiris rabi-
em. At in achaia maxime circa carynia abigi partũ uino: atq; etiam ſi uuam edãt grauidæ: